



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 119. Aloysii Cornelii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.

A.C. 1584.

tem, quibus quempiam Papistarum Sacerdotem, vel Jesuitam in Regno delitescere innotuerit, huncque intra quadriduum non manifestaverint, in vincula conjicerentur, ac multa pecuniaria plecterentur, cui etiam pœnæ subjiciantur illi, qui in suspicionem tracti, quod Sacerdotes, vel Jesuitæ sint, sese examini subjicere recusaverint. Denique indictis gravissimis pœnis inhibebatur, ne aliis, quam Mercatoribus absque speciali Reginæ permissu per mare navigandi copia daretur.

§. CXVIII.

Andreas Battorius a Papa in Cardinalem nominatus.

*Ciac. in vit.
Pontif. t. 4.
p. 105.*

Hoc item anno Andreas Battorius Stephani Battorii, Poloniæ Regis, Nepos qui apud Pontificem Romæ Orator erat, a Gregorio XIII. purpura decorabatur, ac nominabatur Cardinalis Diaconus titulo sancti Andreæ.

§. CXIX.

Aloysii Cornelii Cardinalis obitus.

*Ciac. p. 782.
Justin. Es
Bembo hist.
Venet.*

Priusquam Andreas Cardinalium Collegio adscriberetur, paulo ante Aloysius Cornelius patria Venetus Cardinalis naturæ debitum solverat. Erat is Mense Februario Anno Christi millesimo quingentesimo decimo sexto natus, qui

qui Melitenfis Eques, ac Cyprii Prioratus honore insignis, postea Archiepiscopus Iadrensis, ac demum a Julio III. Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Cardinalis tit. sancti Theodori nominabatur, atque ab eodem Pontifice Bergomensis, & Tranensis Episcopatum administrare iussus, sub Pio IV. Congregationi in Caraffarum caussa erectæ præfuit, postea autem a Republica Veneta fuit ad Pium V. decretus, ut eundem Papam contra Selimum Turcarum Imperatorem, qui Cyprum Insulam obsederat, ad opem ferendam induceret: demum ab eodem Papa in Curia Fisci Romani Præfectus eligebatur: porro hic idem Pontificiis interivit comitiis, in quibus ad summum Pontificatus apicem Cardinalium suffragiis evecti sunt Marcellus II., Paulus IV., Pius IV., Pius V. & Gregorius XIII., sub cuius Pontificatus anno duodecimo, salutis millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, die Jovis Festo Ascensionis Domini sancta idus Maji, ex hujus fluctuantis vitæ procellis ad pacatam cœli quietem transivit: ceterum Aloysius fuit quartus ordine inter Purpuratos Cornelie gentis Patres.

Sæcul. XVI.
A.C. 1584.